



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 17. Francisci d'Escubleu de Surdis Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

tes fa
ecipu
ra de
ni oc
Petn
is Ar
int
ntari
Hispi

rba

s VII
gelim
quis
rio a
en ad
crini
ann
omol
Bar
Nepo
anch
poste
anch
opti
m pe
onu
ti

tit. S. Agnetis, postremo sancti Lauren- Sæc. XVII.
tii in Lucina. A.C. 1628.

§. XVII.

*Francisci d'Escubleu de Surdis Car-
dinalis obitus.*

Uno prius Mensē hujus anni ex Pur- *Ciacon. in
puratis solus deceſſit Franciscus Sur-* *vita Cle-
disius natione Gallus, qui Anno Sæculi* *mens VIII.*
prioris nonagesimo primo ex Pruliacensi *Gramond.*
Montisque Regalis Abbate Archiepi- *Hist. Gall.*
scopus Burdegalensis, ſequentique Vid. Supra
anno ad Henrici IV. Franciæ Regis pre- *l. 186. §. 3.*
ces Cardinalis Diaconus, poſtea Pres- *p. 244. §.*
byter tit. S. Praxedis a Clemente VIII. *l. 190. §. 94.*
nominabatur. Eo, quo eminuit, Re- *p. 432.*
ligionis ac disciplinæ ſtudio omnes Pa-
ſtoris vigilantissimi partes expleverat,
ac primo quidem ad corrigendos Sa-
cerdotum mores Provincialem habuit
Synodum, & corruptelas circa benefi-
cia ſuſtulit, ſuoque ære Sacellum, in
quo pro ſuggestu novitii Concionato-
res exercentur, erexit, Cæleſtinorū
& Carthusianorum monaſteria ma-
gnis ſumptibus ædificavit, locupleta-
vitque, urbisque felicitatem introductis
Carmelitis, Capuccinis, Fratribus Mi-
nimis, & Ursulinis Virginibus promo-
vit, neconon Cænobium S. Crucis ſub
Regimine Benedictinorum ad priftinum
ſplen-

Sæc. XVII. splendorem revocavit: Nec tamen sua
A.C. 1628. pietas, vitæ integritas, sedulitas in
 animarum salutem, nec liberalitas in
 pauperes satis tuta erat a Burdegalen-
 sis Senatus æmulatione, uti supra me-
 moravimus: Habuit tamen semper Sur-
 disius æquus controversiarum Judices
 ac defensores Henricum IV. & Ludovi-
 cum XIII. Galliarum Reges, quibus
 hujus Viri pietas, Zelus & candor
 probe cognitus erat. Tandem vero
 die octava Januarii assiduus hic vita
 ac disciplinæ sancti Caroli Borromæi
 imitator Burdigalæ anno ætatis sua
 quinquagesimo octavo beatæ æternitæ
 tis viam ingressus est.

§. XVIII.

Synodi Osnabrugensis decreta.

*Harth. Con-
cil. Germ.
tom. 9.* **H**aud segniore restaurandæ disciplinæ
 studio animatus Franciscus Guiliel-
 mus Bavariæ Ducis Filius, sacri Ro-
 mani Imperii Princeps, & Comes de
 Wartenberg Osnabrugensis Episcopus
 die vigesima octava Martii Diæcesanam
 celebrabat Synodus, in qua primo
 quidem Concionatoribus insinuatum, ut
 in producendis S. Scripturæ testimoniis
 nonnisi editione vulgata utantur, nec
 aniles fabulas, aut apocryphas histo-
 rias vel suspecta miracula exponant
 minus